

quem refert, ac sequitur Immola cap finali, in principio, de concess. prob. Rochus de iurepatronat. verbo, honorificum, quest. 9. Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 2. quest. 7. art. 1. num. 3. & 4.

Secundo dico, quod si facta presentatione per patronos, promittunt illam habere ratam, & non reuocare, vel ab ea non discedere, non possunt variare, sed tenentur stare promissis. Sic Lambert. ibi. Lopus all. gat. 78. num. 4. Gutier. de iuram. confirm. 3. p. cap. 13. num. 13.

An vero valeat promissio de illo presentando. Rochus ibi dicit, obligare. At dicendum est cum Lambert. ibi dicit, quod aut hęc promissio de presentando facta alicui, quem ipse velit, facta est antequam beneficium vacet, & talis promissio est nulla, nec obligat, ne detur ansa captandi mortem, cap. fin. de concess. prob. Si vero facta est, Ecclesia vacante, tunc patronus potest presentare, non obstante tali promissione, si adhuc res est integra, si vero non est integra, quia iam presentauit, potest variare, si est laicus, vt diximus. Aut promissio eidem, quod ipsum esset presentatum, & talis promissio non valet; quia est etiam prohibitum acceptare presentationem, antequam sit presentatus. Hęc Lambert. ibi.

Ex his infertur, quod ad Ecclesiam, antequam vacet, non potest quis presentari. Patet, quia promissio de presentando ad beneficium vacatum nequit fieri, nec obligat, ne detur ansa captandi mortem, cap. fin. & concess. proben. Ergo à fortiori presentatio. Item, quia, qua ratione beneficium ante vacationem prohibetur conferri, cap. nulla de concess. proben. ne quis mortem proximi, in cuius locum est succellurus, desiderare videatur, censetur prohibita presentatio, cum eadem profusus militet ratio. Sic Perez lib. 1. ordin. tit. 6. l. 1. fol. 146. pag. 1.

DVBIVM LXIX.

An patronus laicus, qui unum presentauit, & promissit cum iuramento non variare, nec reuocare illam nominationem, possit variare.

Alexander consil. 16. lib. 3. tenet, non obstante eo iuramento, posse valide variare. Probatur ex doctrina glossę communiter recepta, teste Gutier. ubi inf. a, que cap. fin. v. sic. reuocatus, de procurat. in 6. docet, iuramentum non reuocare procuratorem à se constitutum, si reuocet esse periculum, at valere reuocationem.

At dicendum est, quod, si quis constituit procuratorem ad presentandum, iurans non reuocare procuratorem, si reuocet, est periturus; at tenet factum: sed si iurauit non variare, vel non presentare alium, quam presentatum per procuratorem, non potest ipse, nec alter pro eo alium presentare; quia regula illa, Quis non potest venire contra suum iuramentum, cap. cum contingat, de iureiur. cap. quomus pactum, de pactis in 6. habet verum in his, in quibus est necessarium adire praeterem, qui non debet aliquem audire contra proprium iuramentum; & quia in reuocatione procuratoris, id non est necessarium; bene tamen in reuocatione presentationis, & in presentatione ipsa, ideo illa contra iuramentum est valida, non autem hęc. Sic tenet Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. quaest. 4. art. 13. num. 4. & 3, & 100 illo art. refert mul-

tos. Rochus referens duo consilia Pauli de Castro, eodem tract. verbo, honorificum, quest. 12. num. 37. ad quem se remittit Gregor. Lopez l. 6. tit. 15. part. 1. v. sic. biem. Spino speculo testam. gloss. 4. n. 76. Gutier. de iuram. confirmator. 3. p. cap. 13. num. 13. Couarr. cap. quomus pactum. 2. p. 8. n. 4. ad finem. v. sic. predicta verò. Matienzo lib. 5. recop. tit. 10. l. 3. gloss. 13. num. 7.

Limitant Couarr. & Matienzo, nisi iudex, coram quo talis presentatio contra iuramentum fit, eam expresse, vel tacite receperit, ac probauerit; tunc enim erit valida. Sed Gutier. ibi reprobat hanc limitationem, quia vel iudex, quando receptus, ignorauit iuramentum; & tunc est subreptitia talis receptio; vel sciuit, & tunc inique approbavit; & sic ab eo appellari potest à probatione, & iudex superior eam annullabit.

Tandem nota, quod, vltra dictam cautelam iuramenti, est alia, vt patronus laicus nequeat variare, scilicet donare exercitium iuris patronatus, id est, ipsam presentationem. Sic Gutier. ibi n. 14. Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 2. g. 7. art. 15. sine, vbi addit, quod, vt teneat talis donatio exercitii propria vice, debet esse, postquam Ecclesia vacauit, alias non tenet, cap. fin. de concess. prob. & de licentia Episcopi, si heret in totum donatio talis exercitii. Et, quod requiritur licentia, quando donat laico, tenet etiam lib. 1. p. 2. quest. 6. art. 4.

DVBIVM LXX.

Quis sit capax acquirendi ius patronatus ex constructione, dotatione, vel fundatione Ecclesie.

Hic non disputamus, quis sit capax ex successione hereditaria, quia de hoc infra; sed an omnis, qui constituit, dotat, vel fundat Ecclesiam, sit capax acquirendi ius patronatus, & sic illud acquirat.

Primo dico: Omnes, qui non sunt specificè à iure prohibiti, acquirunt ius patronatus, ex dictis causis. Sic late probans, & alios referens Lambert. lib. 1. de iurepatr. p. 1. quest. 7. art. 1.

Hinc fit, mulieres acquirere ius patronatus, si 3 dotent, vel fundent Ecclesiam; licet non acquirant ius possessionis, nisi essent mulieres illustres, vel in aliqua dignitate constitutæ. Sic cum multis, quos ibi refert, Lambert. art. 2. & probat ex cap. nobis, de iurepatr. vbi generaliter dicitur, si quis, & c. quia masculinum concepit femininum, vt notatur cap. generali, de elect. in 5. Item ex cap. fin. de concess. probenda, vbi dicitur, quandam Comitissam habere ius patronatus.

Secundo infertur, illegitimè natum acquirere 4 ius patronatus, si fundat Ecclesiam; quia nullibi hoc prohibetur in iure. Sic Rochus de iurepatr. verbo, competens, quest. 2. Lambert. supra art. 13. dicens, esse certum.

Tertio infertur, pupillum, & infantem acquirere 5 ius patronatus ex fundatione. Rochus ibi, quest. 3. Lambert. art. 14.

Secundo dico, quod non tantum persona vera, 6 sed etiam facta acquirunt ius patronatus, vt ciuitas, Collegium, vniuersitas, & c. Sic Rochus ibi quest. 5. 6. 7. Lambert. art. 15. num. 6. vbi multos refert, & late probat vsque ad num. 12. vbi hoc limitat, quando Ecclesia est fundata, constructa, vel dotata ab

ab vniuersitate ratione communitatis, & eius nomine, secus, si per populum elemosynariter, & singulariter, non pro parte vniuersitatis, sed oblationum particularium, & per singulares de vniuersitate; quia tunc non erit patronatus vniuersitatis, nec singularium, sed Ecclesia erit libera: & refert Archid. Dominicus, & Ioan. Andr. Quando verò Ecclesia dotatur ab vniuersitate nomine vniuersitatis, non singularis, id est, nulli eorum singulariter, sed toti communitati debetur patronatus. Sic Lambert. eodem art. 15. num. 17. alios citans.

Tertio dico, Excommunicatus fundans Ecclesiam, licet non esset admittendus ad fundandum; at vbi admittus est, acquirat ius patronatus, non tamen exercitium, id est, non potest presentare, donec absoluitur. Sic Ioan. Andr. cap. nobis, de iurepatr. Lambert. supra art. 12. & idem profusus dicit art. 12. cum Paulo de Citadinis de simoniaco, quod scilicet acquirat ius patronatus, non habet exercitium donec absoluitur à simonia.

Quarto dico, Hereticus fundans Ecclesiam, non acquirat ius patronatus, quia omnia bona sunt confiscata; & alii rationibus probat Lambert. ibi art. 4. num. 4. 5. & num. 32. dicens quod, licet conuertatur ad fidem, non recuperat illud, sicut nec bona; at, si conuersus ad fidem aedificat, dicit, quod acquirat ius patronatus; & in sumario, quod ponit proxime ante questionem 8. limitat hoc in heretico condemnato per sententiam; declarabitur enim, non acquisiuisse, cum confiscantur omnia bona.

Quinto dico, Credentes, fautores, receptores, defensores hereticorum, quando non sunt heretici, si non extent per annum in illa excommunicatione, acquirunt patronatum; at non exercitium, dum sunt excommunicati; secus, si extent per annum, & post aedificent, tunc enim non acquirunt ius patronatus. Sic Lambert. ibi art. 5.

Sexto dico, Schismatici, & apostate aedificantes, si non sunt heretici, acquirunt ius patronatus, at non exercitium, si sunt excommunicati, vel alii infames. Sic Lambert. art. 7. & 6.

Septimo dico, Infidelis aedificans non acquirat ius patronatus. Sic Lambert. ibi art. 3.

Octauo dico, Infamis infamia iuris, vel facti aedificans acquirat patronatum; at non potest exercere, quia est ius honorificum. Sic Lambert. art. 8.

Vltimo dico, In his casibus, in quibus non acquiratur ius patronatus, Ecclesia erit libera sub ordinarij iurisdictione. Sic Lambert. ibi art. 9.

DVBIVM LXXI.

Quis patronus possit presentare ad beneficium.

Primum dico. Presentatio non tantum potest fieri per ipsum patronum, sed etiam per procuratorem specialiter ad hoc datum: nec fat est generale mandatum, cap. fin. de offic. vcarij. Probatur etiam ex cap. fin. de concess. proben. vbi prohibetur constitutio procuratoris ad presentandum ad beneficium vacaturum, ne detur ansa voti captandę mortis; ergo à contrario sensu, licet, quando vacat iam beneficium. Et sic tenent ibi Innoc. Imbola, Panorm. Ioan. Andr. Cardin. & omnes, vt refert, & sequitur Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1.

quest. 4. & addit, hoc posse fieri, licet patronus sit presentans, & non impeditus.

Secundo dico, quod hic procurator debet constitui ad beneficium iam vacans conferendum; quia non potest patronus dare procuratorem, vel committere actum presentationis ad beneficium vacaturum, ne detur ansa voti captandę mortis. Sic habetur expresse cap. fin. de concess. prob. & docent omnes.

Nota primo, quod potest antequam beneficium vacet, transfere in alium ius patronatus titulis, quibus potest transferri, de quibus infra. Sic Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. quest. 4. art. 2.

Secundo limita, vt intelligatur ad beneficia vacatura per mortem, potest enim dari procurator ad beneficia vacatura per renunciationem, permutationem, vel alia ex causa, quia cessat votum captandę mortis, & sic finis legis. Sic Lambert. quaest. 4. art. 2. n. 8. & refert Dominicus; & n. 9. & 10. similiter limita, quando alter, quam Episcopus, est qui constituitur procurator ad presentandum ad beneficium vacaturum, potest enim Episcopus constitui, cum de ipso non sumatur fraus, nec tale votum; & generaliter, inquit, valeret in omni casu, in quo cessaret fraus, & votum captandę mortis. Item ex causa iusta absentia potest dari procurator generalis ad omnia negotia, & expresse ad presentandum, si vacauerit, & de licentia Episcopi. Lambert. in 9. art. 3. n. 11. & quest. 8. art. 9. num. 5.

Tertio dico, quod si quis dedit mandatum procuratori ad presentandum, qui presentauit intra tempus iure concessum patrono ad presentandum, at non facit fidem de mandato intra illud tempus, deuoluetur collatio ad Episcopum; quia patia sunt non presentare, & minus sufficienter presentare. Sic Lopus, quem refert, ac sequitur Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 2. quest. 1. art. 2.

An vero possit reuocari talis procurator, etiam interueniente iuramento de non reuocando, dixi supra dub. 69.

An vero, vt reuocatio procuratoris constituti ad presentandum teneat, & non valeat presentatio principalis patroni, vel alterius procuratoris ab eo dati post priorem reuocationem, debeat talis reuocatio deuenire ad notitiam procuratoris reuocati, vel ordinarij, qui debet presentationem admittere. Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 4. art. 14. refert Paulu de Calstro consil. 57. 1. p. dub. 4. vbi dicit valere talem reuocationem, quia quoties incurrit quattuor, nempe quod procurator sit ad actus extraiudiciales, & quod actus gestus per procuratorem geri non possit absque expressa domini voluntate, & mandato, & quod reuocatio non redundet in damnum pecuniarum alicuius tertij, nec ipsius procuratoris, & quod fit talis actus, que dominus non tenebatur facere, potest procurator omnino ignorans reuocari, nec valet quiquid post reuocationem etiam ignoratam facit. Et subdit exemplum, vt in procuratore dato ad donandum, manumittendum seruum, & c. Nec obstat (inquit) Clem. cum illis, de renunciat. vbi procurator ad renunciandum beneficium reuocari non potest, nisi reuocatio ipsi, aut superiori intimetur, quia id est in eo casu specialis; at hic concurrunt omnia hęc. Et dicit Lambert. in 1. 4. n. 6. nullum contradictonem inuenisse. At ipse dicit n. 8. hęc si antequam notitia reuocationis deuenisset ad ordinatum, vel

vel procuratorem, facta esset institutio, nescio quomodo renouari possit.

Quarto dico. Potest consanguineus, vel negotiorum gestor pro domino, vel amicus maxima amicitia coniunctus cum cautione, quod patronus abens ratum habeat, admitti ad presentandum pro consanguineo, domino, vel amico patrono absente, vel aliter impedito absque speciali mandato. Sic Lamb. de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 4. art. 17. per totum, quia hic agitur de modico prauidicio, immo de nullo, quia si alter non ratificat, non nocet: unde non tantum non est prauidicium, immo est utile, nec labatur quadrimestre, vel semestre, & fiat denotio ad superiorem. Et n. 14. dicit, quod si talis praesentatio valeat, requiritur, ut patronus ratificet, vel ut non reclamet tempore ad praesentandum concessio. Idem omnino docet idem Lambert. eadem lib. 2. p. 2. quest. 1. art. 21. sine.

Quinto dico. Praesentatio potest fieri per nuncium, ut late probat Lambert. lib. 2. p. 1. q. 4. art. 15. & art. 16. dicit, & probat posse fieri per epistolam; estque textus expressus. C. e. a. notatur, de his que fiunt a Prae. & ubi Panorm. Ioan. Andr. Imbola, Card. & omnes. Et dicit n. 3. requiri ut talis praesentatio fiat intra tempus a iure patronis concessum ad praesentandum; & sic non fiat esse intra dictum tempus literas scribere, nisi fiat talis praesentatio literarum intra dictum tempus.

Sexto dico. Quod si patronus sit excommunicatus, nequit praesentare. Sic Ioan. Andr. Panorm. Card. Butrio, cap. nobis, de iurepatr. & communiter omnes ibi, vt refert, & sequitur Nauarr. lib. 3. consil. de iurepatr. cons. 7. Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 2. Rochus eodem tract. verbo, competens. q. 8. Lapus alleg. 8. Rota, & Bertachinus, quos refert, & sequitur Couarr. alma mater, 1. p. 5. 7. n. 9. vers. duodecimus. Enriquez lib. 1. 3. de excomm. cap. 13. n. 1.

Nota primo aliquos limitare hoc, quando patronus est Clericus, quia talis praesentatio habet aliquid adminiculi iuris, secus quando est patronus secularis, qui variare potest; talis enim praesentatio est meri facti: & sic dicit quod institutio facta ab Episcopo virtute praesentationis patroni Clerici excommunicati, non valet, secus quando patronus est laicus. Sic Ludou. Gomez tract. expell. iudicium, n. 60. Et testatur hanc sententiam iudicio Rota fuisse seruata in vna causa Zamorensi. Idem Rota decis. 2. tit. de iurepatr. in antiquioribus, & decis. 527. in antiquis, Rochus dicto verbo, competens. q. 8. n. 22. At verius est vtriusque praesentationem, & institutionem virtute illius factam esse inuadim; quia nulla est differentia ratio. Sic Couarr. ibi, Enriquez ibi, Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 3. q. 2. art. 4. & videtur tenere Nauarr. quia absolute illo consil. 7. dicit institutionem non valere, & refert hunc Lambertini locum.

Secundo nota aliquos dicere hoc esse vetum, licet talis excommunicatus sit occultus, nec aliquid ad hoc conferre praedestinatum per Extrinsec. ad euidenda scandala, sed tantum quando sit actus aliquis ab excommunicato occulto ratione publici officij. Sic Couarr. eodem. §. 7. n. 9. vers. Quid autem. At hanc distinctionem reprobauit lib. 3. de maor. disp. 22. num. 31. 32. vbi licet illam etiam amplectatur Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 7. n. 6. inuenio commentum littera C. At verius est, vbi probauit in omnibus casibus gesta per excommunicatum toleratum, id est, qui non est denunciatus, nec

notorius Clerici percussor, valeat: & sic Nauarr. consil. 7. dicit praesentationem factam per excommunicatum denunciatum non valere. Et Ludou. Gomez tract. expell. iudicium, n. 60. dicens non valere, addit haec: Forre hoc procedit tantum, quando esset excommunicatus declaratus per Extrinsec. Martini V. ad euidenda scandala.

Tertio nota, quod talis excommunicatus non potest conuincere procuratorem, qui tunc praesentet, cum ipse non possit tunc praesentare: potest tunc transferre in alium ius patronatus. Sic Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. quest. 4. art. 2. num. 2. vbi alios refert, & quest. 2. art. 2. num. 15.

Quarto nota, quod si praesentatio spectaret ad Collegium, & interueniret excommunicatus, vitaretur praesentatio; non verò si spectaret ad singulos, quia alij possent praesentare, & sic propter excommunicationem illius non vitaretur praesentatio. Sic Lambert. lib. 2. p. 1. quest. 2. num. 16.

Septimo dico. De patrono suspensus maior est difficultas, an possit praesentare, videtur enim non posse, quia excommunicatus, & suspensus aequiparantur, cap. 1. de sent. excomm. in 6. Et sicut excommunicatus non potest eligere, cap. illa, de elect. ita nec suspensus, cap. cum inter R. de elect. sine; ergo sicut excommunicatus non potest praesentare, ita nec suspensus. Sed dicendum est quod si patronus sit secularis, etiam si competat Clerico, in quem solum cadit suspensio, potest patronus suspensus praesentare; quia reputatur ac laicus, nec hoc cadit sub suspensione officij, at beneficij, cum ab officio non dependeat; nam etiam si esset laicus, posset habere hunc patronatum, nec etiam a beneficio, cum non ab eo, sed a patrimonio procedat. Si verò patronus sit Ecclesiasticus, si patronus est suspensus ab officio, & beneficio, non potest praesentare, quia ius praesentatio dicitur electio; & habet vim electionis, vt docent Innoc. & Panorm. cap. cum auctoritate, de iurepatr. & alij, quos refert, & sequitur Lambert. ubi infra, at suspensus nequit eligere. cap. cum inter R. de elect. Si verò sit suspensus tantum ab officio, non potest etiam praesentare, quia suspensus ab officio prohibetur eligere; quia electio, seu potestas eligendi inhaeret officio. Panorm. cap. cum inter R. de elect. & cap. cum dilectis, de consuetud. ergo similiter nequit praesentare. Si verò sit suspensus a beneficio, similiter nequit praesentare, quando ratione beneficij illi competit ius patronatus; quia suspensus a beneficio est suspensus a fructibus illius beneficij, at talis praesentatio est fructus illius beneficij. Nec obstat, quod Canonicus suspensus a beneficio possit eligere, cap. cum Victorienis, in illo cap. cum in curiis, de elect. & docet Panorm. cap. cum dilectis, de consuetud. quia electio magis inhaeret officio, quam Canonici. Et ad argumentum initio propositum responderetur, quod omnis excommunicatus prohibetur eligere, & praesentare; quia excluditur a participatione aliorum, à qua tamen non excluditur suspensus; & sic non omnis suspensus prohibetur praesentare. Haec omnia late Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. quest. 2. art. 3.

Nota tamen, quod vt haec habeant locum, oportet, vt suspensus sit denunciatus, sicut diximus de excommunicato, & constat ex materia de excomm.

At verò simoniacus, & alij delinquentes, si sint

sint patroni, possint praesentare, habes dub. praecedenti.

Octauo dico. Filius nequit praesentare in beneficio, in quo pater est patronus, & viuunt, quando nomine proprio praesentat; at quando vellet praesentare nomine patris, admitteretur eo casu, quo diximus posse admitti consanguineum ad praesentandum nomine patroni; & hoc quando pater esset patronus, vt persona priuata: sed quando, vt vnus de vniuersitate, vel parochia, de qua etiam esset filius, praesentabit vt pater, quia est etiam patronus vt ipse. Sic Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. quest. 2. art. 5.

Limita, quod quando patronatus competit vniuersitati, de qua est filius, competit etiam filio, sic, aut competit ita vniuersitati, vel populo, vt competat omnibus facientibus populum; & tunc competit etiam filiis familiaribus. Si verò competeret facientibus domos, tunc non competere filijs familias habitantibus cum patre; secus si fororum haberent domum. Sic referens Rochum, Lambert. eadem quest. 2. art. 6. & art. 8. quarens, an vidue virgines admittantur ad praesentandum, quando patronatus competit vniuersitati, respondet hac eadem distinctione, sicut de filiis familias.

Nono dico. Quando competit ius patronatus filio familias, si non est acquisitus ab ipso, sed translatus in ipso titulo aliquo habili, vt donatione, priuilegio, &c. Tunc non acquiritur patri, sed filius praesentabit, quia in spiritualibus filius non acquirit patri; & annexorum, inter qua connumeratur patronatus, idem est iudicium, cap. translati, de consil. Si verò patronatus est acquisitus per filium, quia, v. g. fundauit Ecclesiam: tunc si ex bonis castrensis, vel quasi, vel ex aduentitijs, in quibus pater non habebat vsum fructum; tunc non acquiritur patri, sed filius praesentabit. Si verò ex bonis, in quibus pater habebat vsum fructum, acquiritur patri: & sic pater praesentabit, quia licet nequeat filius de talibus bonis Ecclesiam fundare: at vbi semel fundata est, cum non possit redire ad vsu profanos, fauore pie causa fraudabitur illo fructu temporali, sed non spirituali. Sic Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 7. & art. 5. sine.

Decimo dico. Pupillus, modò sit maior septennio, potest praesentare, si est patronus, nec indiget licentia tutoris, nec minor licentia curatoris; quia in his spiritualibus nil operatur a patria, nec curatoria potestas. Lambert. ea quest. 2. art. 9. dicit tamen art. 10. sine, quod licet possit praesentare, at si huius oritur in illo patronatu, non poterit ipse illam prosequi, sed eius tutor.

Vndecimo dico, quod etiam tutor poterit praesentare, vel curator minoris. Sic Lambert. eo art. 10. addit tamen, quod si praesentat pupillus, praeretur praesentantis a pupillo: quod idem docet Panorm. cap. finali, de concess. praeb. & ibi Imbola sine; & idem Lambert. eodem lib. 2. p. 3. quest. 6. art. 1. Si autem pupillus sit minor septennio, nisi malicia suppleat etatem, solus tutor praesentabit. Sic Lambert. lib. 2. p. 1. quest. 2. art. 10. vbi idem dicit de patre, quando ius patronatus ita pertinet ad filium, quod nullo modo ad patrem: tunc enim potest pupillus, vel pater praesentare; at praeretur praesentantis a pupillo. Et art. 17. dicit idem de alijs habentibus curatorum ex quacunque

causa, vt quia sunt minores, prodigi, furiosi, quia potest curator praesentare; at praeretur praesentantis ab ipsis, si sanæ mentis sint.

Hinc fit, quòd dum patronatus conuenit vniuersitati, ita vt singuli debeant praesentare, sunt vocandi pupilli maiores septennio, soli curatores, vt docet Lambert. lib. 2. p. 1. quest. 2. art. 13.

Duodecimo dico. Religiosus proprie, qui scilicet habet tria vota, non admittitur ad praesentandum, si ipsi competit ius patronatus, cum non habeat velle, nec nolle, quando scilicet vellet proprio nomine praesentare, secus quando alieno; vt quando patroni conuenerunt, vt electus à tali Religioso praesentetur: de quo multa dixi lib. 7. summa, cap. 14. a num. 1. ad 13. Sic Lambert. lib. 2. p. 1. quest. 2. art. 11. & art. 12. dicit, quod si praesentatio pertineret ad monasterium, tunc non potest praesentare solus Abbas, vel Abbatissa, nisi hoc habeat ex praescripta consuetudine, vel priuilegio: sed totus Conuentus debet interuenire, & saltem maior pars illi consentire electioni.

Decimotertio dico. Quando monasterio, Collegio, vel Capitulo competit ius patronatus, illi soli praesentare habent, qui habent vocem in illo monasterio, Collegio, vel Capitulo; & sic nouitij, vel conuersi non habent praesentare. Sic Lambert. late probans lib. 2. p. 1. quest. 2. art. 13.

Decimoquarto dico. Quando ius patronatus spectat ad solum Episcopum, nequit Capitulum sede vacante praesentare. Immo idem est, si praesentatio non pertinet ad Praetatum, sed ad Capitulum, cum consensu tamen, vel consilio Praetati: nam sede vacante non possit Capitulum praesentare, nisi quando solum consilium requiretur, & est periculum in mora. Immo si praesentatio spectaret ad alium iure speciali de Praetati consensu, vel consilio, Capitulum sede vacante non potest praesentare consensum, nec consilium: sed si consilium solum requiretur, & est periculum in mora, fiet praesentatio absque consilio tali, cap. unico, ne sede vacante in 6. Si verò requiretur consensus, est expectandus nouus Praetatus. Si verò praesentatio spectaret non ad solum Episcopum, sed ad Episcopum cum Capitulo, potest Capitulum sede vacante praesentare. Sic Lambert. eadem quest. 2. art. 14. vbi dicit omnia haec, quae potest Capitulum sede vacante, posse quando Episcopus est suspensus.

Decimoquinto dico. Si alicui laico factum est legatum ius patronatus, non potest praesentare, nisi sit approbatio Episcopi: quia absque ea non valet legatum, vt dicimus infra, sed praesentabunt haeredes. Sic Lambert. ea quest. 2. art. 18.

Decimosexto dico. Si bona, quibus ius patronatus annexum est, dentur viro in dotem, constante matrimonio, non vxor, sed vir praesentare debet, quia vir est dominus dotis constante matrimonio, vel saltem eius administrationem habet. Sic contra Panorm. Felin. Iason. Guill. Benedictum, quos refert Molina ubi infra, dicentes pertinere praesentare ad vxorem, tenet Rota de iurepatr. decis. 422. num. 1. in nouis, Molina lib. 1. de primog. cap. 24. num. 3. Rochus de iurepatr. verbo, ipse vel eius, num. 60. Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 2. quest. 10. art. 2. Carolus Molinanus consuet. Paris. lib. 1. §. 1. §. 1. §. 1. num. 3.

Aduerte tamen, quòd in bonis maioratus alienari prohibitis, quae pertinent ad vxorem, maioratus praesentare non potest, sed sola vxor; quia bona maioratus

maioratus non possunt dari in dotem, ita ut dotem in virum pertranseat. Sic Molina eodem cap. 24. n. 32. ad quod comprobandum affert n. 33. doctrinam Ioannis Lupi cap. per vestras, s. 43. n. 10. quod scilicet Regina regni proprietaria debet presentare, & non ipse Rex.

³⁰ Hinc est, ut ius patronatus vxori competens non transeat ad virum. Sic Panor. & Immola cap. fin. de concess. preb. Perez lib. 5. ordinam. tit. 4. l. 4. fol. 166. pag. 1. versic. sexto fundatur, in fine.

³¹ Secundò nota, quòd si ius patronatus acquiritur constanter matrimonio, quia scilicet vir ædificat, aut construit, vel dotat Ecclesiam, ius hoc est vxori commune: nam licet sit hoc ius indiuiduum quoad substantiam, est tamen quoad ius presentandi, & exercitium diuiduum. Quare soluto matrimonio habet in eo vxor partem indiuiduam, & transmittit ad hæredes. Sic Couart. 3. variat. c. 13. num. 5. Spino speculo ressam. glossa 4. num. 63. Baeza de non melior. cap. 26. num. 2. & de decima tutor. c. 23. num. 17. & 21. Ioan. Lupus rubr. de donat. §. 62. num. 23. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 9. l. 5. glossa 4. n. 5. Ioannes Garcia de coning. quest. num. 165. & Mathæus de Afflictis per ipsum citatus.

³² Aduerte tamen, quòd constante matrimonio solus vir presentabit, sicut & alia bona administrat. Sic Ioan. Lupus, Ioann. Garcia supra, addit Ioannes Lupus, nisi forte tempore, quo Ecclesia construitur, aliter inter eos sit conuentum: at soluto matrimonio admittetur vxor ad presentandum cum hereditibus viri, & vtroque mortuo hæredes vtiusque in stitem. Sic Ioan. Garcia ibi.

³³ Vltimò dico. Vfructuarius vniuersitatis bonorum, cui ius patronatus annexum est, habet ius presentandi ad sacerdotia. Sic contra multos Carolus Molinaus, Cellus, Rochus, quos refert, & sequitur Molina lib. 1. de primog. cap. 24. num. 4. Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 2. quest. 10. art. 3. num. 8.

DVBIVM LXXII.

An possint patroni inter se conuenire absque superioris licentia de alternis vicibus presentando, id est, ut vnus presentet prima vice, qua occurrerit vacatio, alter secunda, alter tertia.

¹ Innoc. cap. querimoniam, de iurepatron. id negat propter verbum illius textus, & vicissitudines. Ad dicendum est posse, quia id expresse conceditur, vt possint liberè patroni facere, Clem. 2. de iurepatron. vbi id tenet glossa, verbo, liberè, & Cardin. Anchar. Immola ibi, Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 2. quest. 2. art. 36. num. 7. 8. Rochus eodem tract. verbo vel ò, n. 28. 29. Azebedo lib. 1. recopil. tit. 6. l. 9. n. 2. Panor. d. cap. querimoniam. num. 5. & ad illum textum respondet, quòd tantum vult non posse ex toto diuidi ius patronatus, secus quoad exercitium, sicut tutores possunt quoad administrationem diuisionem adiunctum facere, sed non quoad ius tutela, l. inter tutores, ff. de administr. tutor. Et eodem modo respondet Azebedo.

² Nota quòd hæc concordia potest fieri, licet nondum Ecclesia vacet. Patet, quia Clemens 2. dicit, alterius vicibus, & manifestum est vna vice, non bis vacare. Sic glossa ibi versic. liberè, Lambert. ibi num. 8. nec obstat (inquit) cap. fin. de

concess. prebend. quia illud ius se habet in fraudem vacature: hoc autem fit ad tollendam discordiam, & vt facilius prouideatur Ecclesie. Addit Lambert. num. 16. requiri consensum omnium patronorum, vt hæc concordia valeat. Vide etiam infra dub. 38.

DVBIVM LXXIII.

Quis possit presentari à patronis ad beneficia.

Primò dico, quòd presentandus debet esse idoneus ad obtinendum beneficium, ad quod presentatur, cap. super inordinata, de prebend. cap. cum in cunctis, de elect. Et hæc idoneitas debet necessariò esse tempore presentationis, nec fat est, si post superueniat, argum. eorum, quæ dicuntur per Doctores, cap. si eo tempore, de rescriptis, in 6. & cap. si, de prebend. in 6. Sic Lambert. de iurepatron. lib. 2. p. 1. quest. 10. art. 1. num. 12. nisi (inquit) esset modica idoneitas, quæ de proximo expectaretur, illa enim non vitaret presentacionem in beneficio simplici.

Hinc sit necessariò presentandum debere esse clericum, nec fat est, vt valeat presentatio, si post fiat clericus: & debet necessariò habere ordinem requisitum ex natura beneficii, vel ex statuto fundatoris: ad quod faciunt, quæ habes supra hoc eod. lib. cap. 2. de benef. dub. 9. Et docet Lambert. supra quest. 7. art. 2. num. 15. & 16. & art. 7. sine, & art. 29. num. 9. 10. & addit art. 2. num. 16. quòd censetur presentare indignum, si presentet laicum, licet post presentacionem ordinetur. Ad idem est Nauarr. lib. 3. consil. tit. de iurepatron. consil. 8. vbi dicit non valere presentacionem ad beneficium illius, qui caret ætate requisita ad illud.

Hinc secundò infertur omnem illum, qui non est capax beneficij, non posse ad illud presentari, vt si sit illegitimus, irregularis, excommunicatus, suspensus, vel alia ex causa sit incapax beneficii: de qua re late Lambert. tota illa quest. 7. & 9. late dixi supra in hoc lib. 2. agendo de beneficiis.

An verò si per patronos est presentatus non idoneus, vel indignus, possit Episcopus in casibus, in quibus potest dispensare circa illos defectus, & facere presentatum idoneum, validare presentacionem inuvalidam, etiam patronis iniuriam, consule Panor. cap. inuoluit, de elect. & Lambert. de iurepatron. lib. 2. p. 1. quest. 10. art. 5.

Secundò dico. Absens non potest presentari, sed debet esse presens sensibus corporeis illius, cui presentatur, & à quo institutio operatur: nec fat est, vt presentetur procurator absentis. Ratio, quia debet examinari, an sit idoneus. Sic late probat Lambert. cum aliis, de iurepatron. lib. 2. p. 1. quest. 11. art. 1. quòd intelligitur primò ex se: sed si patroni presentassent absentem, & Episcopus amitteret, teneret presentati, vt docet ibi Lambert. art. 4. Secundò intelligitur, nisi absens esset notus instituenti notitia plena, & requisita ad instituendum illum: tunc enim cum non requiratur examen, potest absens presentari, & valet presentatio. Sic Lambert. ibi art. 4. Quod tamen limitat art. 5. in c. art. 3. nisi examinatio sit de forma, & substantia actus, &

quando.

quando ex lege fundatoris requiretur examinatio. Tunc enim licet esset notissimus instituenti, adhuc exigitur actualis presentia, & examinatio: & etiam nisi presentatus esset de aliena diocesi, tunc enim licet esset notus instituenti, requiruntur litteræ dimissoriae sui ordinarij. Sic Lambertus art. 5.

⁶ Nota tamen, quòd casu, quo presentatus est absens, & tenet presentatio, debet illam acceptare infra quadrimestre, vel semestre datum patrono ad presentandum, alias Episcopus providebit beneficio, vt tenet, & probat Lambert. ea quest. 11. art. 5. vbi addit, quòd hæc ratificatio, vel acceptio potest fieri per procuratorem, vel per litteras.

⁷ An verò possit quis presentari ad beneficium vacaturum, vel possit constitui procurator ad beneficium, habes supra dubio 88. & 71.

DVBIVM LXXIV.

An possit patronus se ipsum presentare ad beneficium.

Primò; hæc in re est vna conclusio certissima apud omnes, scilicet nullus, quantumcumque idoneus, potest se presentare ad beneficia prælatuam sapientia, personatus, seu cutata magna, vt expresse definitur cap. per nostras, de iurepatron. & redditur ibi ratio, quia nullus debet se ingerere Ecclesiasticæ relationis officiis, & tenent omnes Doctores citandi in toto hoc dubio.

² Amplia conclusionem, vt nec etiam procurator datus à patrono ad presentandum, possit ipsum presentare; quia cum procurator hoc faciat nomine constituentis, censetur ipse constituens facere, cap. qui per alium, de regul. iuris in 6. Sic Panor. tit. cap. fin. de instit. num. 6. & ibi Anton. num. 8. Lambert. alios referens de iurepatron. lib. 2. part. 1. quest. 8. art. 9. & art. 10. cum aliis dicit, nec etiam substitutum procuratoris posse presentare patronum, quia adhuc censetur ipse patronus se presentare: addit tamen ibi, quòd talis substitutus possit presentare ipsum procuratorem, nisi substitutio facta fuerit in fraudem, vt ipsum procuratorem presentet, quia cum procurator non sit patronus, & principalis commissio non manet ab ipso, sed à patrono presentando procuratorem, non censetur patronus se presentare, & similiter dicit art. 13. cum Panor. & Anton. citatis, & dicit Panor. esse communem, & idem Gregor. Lopez l. 7. tit. 15. part. 1. versic. Assimilatio. Quòd si patronus compromittat in aliquem tanquam in suum compromissarium presentacionem, non potest compromissarius presentare ipsum patronum, eadem ratione, quæ de procuratore dictum est. Quæ tamen bene limitat ibi, vt intelligatur, quòd compromittens, vel dans procuratorem esset solus patronus, nam si essent multi patroni, qui compromitterent in quemdam, vel illum statuerent procuratorem, possent talis compromissarius, vel procurator presentare patronum, sicut & alij compatroni possunt ipsum presentare, vt statim dicemus. Sic Lambert. eo art. 13.

³ Secundò amplia conclusionem, vt nec etiam donatarius iuris patronatus, possit ipsum patro-

num donantem presentare, quando donatum est sub conditione tacita, vel expresse, vt ipsum presentaret, quia est simonia, cum ius patronatus detur propter redditus beneficii, & etiam propter talem donationem pareat via ad beneficium. Si verò ius patronatus donatum est sine tali pacto, si simpliciter, & in totum donatum est cum licentia Episcopi: tunc potest donatarius ipsum patronum donantem beneficii, & etiam propter talem donationem pareat via ad beneficium. Si verò tantum donauit, vt vna vice possit presentare, non potest donatarius donantem presentare; quia tunc non est donatio, sed ad instar mandati. Et similiter non potest donantem presentare, quando donans reserualet sibi, quòd absque consensu suo non possit donatarius presentare; quia tunc non censetur donare presentacionem, sed alios fructus iuris patronatus. Hæc Lambert. ead. q. 8. art. 11.

Limita tamen primò conclusionem, vt intelligatur quando patronus verè se ipsum presentet, secus si tantum fictione iuris videretur se ipsum presentare, sicut dicimus de patre presentante filium, vel è contra, vel nepotem, vel consanguineum, potest enim iplos presentare. Sic Lambert. eadem q. 8. art. 12. multos referens Syluest. verb. ius patronatus, q. 7. n. 8. Angel. ibi n. 18. Arm. n. 9. Tabien. quest. 17. l. 7. tit. 15. part. 1. & ibi Gregor. Lopez sine, Innoc. cap. consilium, de iurepatron. & ibi glossa, & cap. quia clerici, eodem tit. vbi & Anchar. n. 2. & Holl. Panor. cap. finali, de instit. num. 4.

Secundò limita conclusionem, vt patronus non possit presentare se ipsum, procedere quoad actum presentacionis: at bene potest preces porrigere habenti institueret, vt illud fibi conferat, si est idoneus. Ratio, quia fundens preces non potest ex debito; quod facit patronus presentans. Sic Panor. cap. per nostras, de iurepatron. num. 4. Stephanus Caier. cap. fin. de elect. in 6. limitat tamen vtreq. modo non sit beneficium curatum, quia videtur ambitio. Sed melius Lambert. dicit quest. 8. art. 3. n. 9. reicit hæc limitationem.

Hinc infertur à fortiori, quòd si Episcopus motu proprio conferat beneficium patrono, potest patronus acceptare, quia tunc non censetur se presentare, cum non habeat originem à se, nec cogatur Episcopus illum acceptare. Nec obstat, quòd institutio facta sine presentacione patroni est irrita, quia fat est, quòd patronus consentiat institutioni. Sic Syluest. Angel. Tabien. Armil. ibi, Panor. d. cap. per nostras, num. 3. Anton. n. 5. Hoff. ibi, Anchar. ibi n. 4. Ioan. Andr. & Card. ibi, Felin. cap. cum Bertholdus, de sentent. & re iudic. num. 11. Directorium juris tit. de iurepatron. §. 34. 35. Feder. tract. de rerum permut. quest. 32. fin. Paulinus de presb. Capituli sede vacante, part. 2. quest. 5. sine. Lambert. dicit quest. 8. art. 4. vbi idem dicit cum Paulino posse Capitulum sede vacante, quando ad ipsum pertinet beneficii institutio. Hæc tamen bene limitat Lambert. eo art. 4. sine, vt intelligatur, quando vnus tantum est patronus, si enim essent plures, esset necessarius consensus aliorum; licet enim vnus patronus, cui conferatur beneficium, consentiat, non potest iuri aliorum Episcopus derogare.

Tertio limita conclusionem, vt quamuis patronus non possit se ipsum presentare, ac si alij sint compatroni, potest ab ipsis presentari, quia

iam cessat ratio d. cap. per nostras, cum iam ipse non fecerit, nec esse periculum ambitionis, & est distinctio inter dantem, & recipientem: & si aliter diceretur, esset peioris conditionis patronus, quam extraneus. Sic Sylvest. Tabien. Angel. Armil. ibidem. Lambert. d. q. 8. art. 5. multos referens, Spino speculo testam. glossa 4. num. 80. Beroius consil. 5. num. 3. 1. Panor. cap. cum in iure, & clarè probatur ex illo textu de elect. & cap. per nostras, de iurepatr. Host. Ioan. Andr. Anton. Ancharan. Cardin. ibi. Glossa cap. consuluit. de iurepatr. Rochus de iurepatr. verbo honorificam, num. 25. Innoc. Compotel. cap. cum in iure, de elect. Molina dicens communem lib. 2. de primogen. cap. 4. num. 61. Petalca l. unum ex familia. §. rogo. num. 10. ff. de legat. 2. Gregor. Lopez. l. 2. tit. 15. part. glossa 13. qua incipit, En Espana. Sarmiento lib. 8. sectel. super l. cum quidam, ff. de legat. 2. num. 21.

8 Aduerte tamen, quòd nullo modo talis patronus potest se cum aliis compatronis presentare, non enim hoc teneret, cum iam militet ratio dict. cap. per nostras, iam enim non esset distinctio inter dantem, & recipientem, & esset ambitio; sed tantum debet consentire electioni, vel presentationi de se factæ; & sic Doctores citati non dicunt posse se presentare cum aliis compatronis, sed posse suam consentire electioni, vel presentationi: & in propriis terminis dicens esse certum, tenet Lambert. dist. 8. art. 6. & 7. Panor. Bald. Ioan. Andr. e. cum in iure, de elect. & dicit Lambert. eo art. 7. quòd electus, vel presentatus non dicat, eligo, vel coeligo, vel presento, aut compromitto me, ne principaliter disponat de se ipso; sed debet dicere, consentio electioni, vel presentationi. Idem Panor. & Philipp. dicto cap. cum in iure; & addit Lambert. cum Panor. consensum debere praesertim intra tempus iure concessum patronis ad presentandum.

9 At dubium est, an in hoc casu consensus coelesti, vel compromittenti à patronis faciat numerum, & augeat illum ita, quòd si vota sint equaliter diuisa ad duos, ita ut si duo vota habeat compatronus, & alter alia duo, an consensus compatronis presentati augeat numerum cum presentantium, & ideo habeat prevalere eius presentatio.

10 Quidam dicunt non augere numerum, sed esse repellendum tanquam ambitiosum. Sic Glossa cap. cum in iure, de elect. vers. consentia. & cap. per nostras, de iurepatr. vers. presentare. Calder. consil. 7. de iurepatr.

11 Sed Lambert. d. quest. 8. art. 8. explicat, ut loquantur, quando patronus se presentasset, tunc enim si talis presentatio non valeat, iuxta dicta, non auget numerum: at si non se presenteret, sed tantum suam presentacioni consentiat, communis est sententia talem consensum augere numerum, per textum loquentem in fortioribus terminis, scilicet in electione, quæ est plus, cum ius tribuat, cap. cum in iure, de elect. Sic tenent Innoc. Panor. Compotel. Ioan. Andr. Bald. Cardin. eo cap. cum in iure, & omnes ibi, ut refert, & sequitur alios plures allegans Lambert. eo artic. 8. Panor. cap. per nostras, de iurepatr. num. 5. Hostiensis. ibi. Anton. ibi sine. Anchar. ibi num. 3. Ioan. Andr. ibi. Rochus de iurepatr. verbo, beneficium. num. 25. Spino speculo testam. glossa 4. num. 80. Beroius consil. 5. num. 31.

Nota primò, quòd aliqui limitant hoc, ut intelligatur in casu, in quo non est necessario seruanda forma cap. quia propter, de elect. quando scilicet electio non fit per scrutinia secreta: nam quando sic fit, non potest electus suæ consentite electioni, sed tanquam ambitiosus esse repellendus; quia cum ignoret vota aliorum, id non esset suæ consentite electioni, sed de eligere. Sic Panor. cap. per nostras, de iurepatr. num. 5. & ibi Anchar. n. 3. Ioan. Andr. Host. ibi. & Anton. ibi. sine. Idem communis, & Panor. mit. d. cap. cum in iure, ubi etiam subdit Panor. per verbum credo, quòd etiam in hoc casu scrutiniò publico postea visa electione de se facta à medietate aequali, recedere ab eo, in quem in scrutinio consensus, & accedere, & consentire electioni de se factæ, & eius consensus auget numerum.

Sed Lambert. d. art. 8. num. 4. dicit id verum esse in electione, cum ea facienda sit per scrutinia secreta, iuxta cap. quia propter, de elect. At cum presentatio non fiat per scrutinia secreta, non est opus in illa hac distinctione: si tamen ferret per scrutinia secreta omnibus patronis concordantibus (aliter enim sic non potest fieri) vera est doctrina posita, quòd non possit suæ presentacioni consentire.

Secundò nota, quòd Panor. mit. dicto cap. cum in iure, & ibi Philippus, limitat, quòd consentire possit presentatus suæ presentacioni, & eius consensus augeat numerum quando vox sua una cum aliis facit maiorem numerum; secus si ad paritatem dumtaxat reducat vota aliorum. Sed Lambert. eo artic. 8. num. 6. & 7. dicit hæc procedere in electione, quia quilibet eligens habet suam vocem, & etiam quando patronatus est Ecclesiasticus, quia eius presentacio est electio, vt docet Panor. cap. cum autem, de iurepatr. & etiam quando patronatus est laicus, & eius vox non est pinguior, ita vt si eius consensus reducat vota ad equalitatem, non praeponderet: si autem est pinguior vox, vt si decem hereditate patronatum acceperunt, & vnus illorum obiit, & instituit aliquem ex aliis suum heredem, hic habet vocem pinguiorem; ita vt existenti pari numero patronorum praeponderet, quia habet ius illius, cuius est haeres, & suum etiam tanquam vnus ex hæredibus, tunc potest suam presentacioni consentire, quando suus consensus etiam reduceret iustitiam ad equalitatem, quia auget ratione pinguioris vocis, quam habet. Hæc Lambert. ibi. His suppositis

Dubium graue est, an cap. per nostras, de iurepatr. prohibens patrono, ne se presenteret, procedat in omnibus beneficiis, etiam simplicibus. Quidam enim Doctores videntur tenere partem affirmantem, vniuersaliter enim docent non se posse presentare. Sic Sylvest. verbo, ius patronatus, quest. 7. n. 8. Angel. ibi n. 18. Armil. num. 9. Tabien. quest. 17. Sarmiento 8. sectel. super legem, cum quidam, ff. de legat. 2. num. 2. Anton. dist. 6. per nostras, & ibi Panor. & clarius hoc videntur tenere alij; assignant enim rationem illius decisionis, quia debet esse distinctio inter dantem, & recipientem, cap. finali, de institut. quæ ratio cum aquè militet in beneficiis etiam simplicibus, clarè sentiunt decisionem illius textus in his etiam procedere. Sic Gloss. d. cap. per nostras, vers. presentare, & ibi Host. Spino speculo testam. glossa 4. num. 79. l. 6. tit. 15. part. 1.

At

16 At verius est posse se presentare ad beneficia simplicia, id est, non vniuersaliter prohibere illum textum se presentare. Et hic per beneficia simplicia intelliguntur non tantum sine cura, sed etiam personatus non habentes magnam, & honoratam Ecclesiam, nec magnos redditus. Vnde tantum prohibet cap. per nostras, patrono se presentare ad personatum habentem magnam & honoratam Ecclesiam, vel magnos redditus. Probatur, quia textus tantum loquitur de personatibus: nec eius ratio est, quia debet esse distinctio inter dantem, & recipientem, quia presentans non dat beneficium, sed instituens; sed ratio est, vt expressè patet in textu, praesumptio ambitionis, quæ cessat in his beneficiis simplicibus. Sic Lambertin. de iurepatr. lib. 2. part. 1. q. 8. art. 2. num. 2. & 6. & toto illo art.

17 Hinc fit, quòd patronus alicuius collegij potest se ad illud presentare, dummodo non presenteret se ad dignitatem, sed vt possit ingredi collegium pro disciplina acquirenda, quia in hoc non est ambitio. Sic Lambertin. eo artic. 2. num. 10.

18 Nota tamen, quòd non potest quis se instituire, vel se eligere, vel sibi conferre, etiam in beneficiis simplicibus, cap. fin. de institut. quia debet esse distinctio inter dantem, & recipientem, & institutio confert omne ius instituto, cap. fin. & cap. ex frequentibus, de institut. electio etiam tribuit ius electo, Glossa cap. quanto, 63. dist. 11. Panor. mit. cap. querelam, de elect. Sic Lambert. eo art. 2. num. 10.

19 Tandem nota, quòd sicut patronus potest se ad beneficia simplicia presentare, & pro se preces portigere, & consentire suæ presentacioni: sic hoc potest procurator. Lambert. ibi art. 10. sine.

DUBIUM LXXV.

Quibus modis transferatur ius patronatus de vno in alium.

1 R espondetur, quòd quatuor modis, scilicet successione hereditaria, donatione, permutatione, venditione cum vniuersitate bonorum; & sic extat versus relatus à Glossa cap. cum saculum, de iurepatr. Ius patronatus transire facit nouus hæres, res permutata, donatio, venditiõque, de quibus modis seorsum agendum est.

2 An vero ius patronatus acquisitum constante matrimonio sit commune viro, & uxori, habes supra dub. 71.

3 Qualiter autem transferatur ius sepulchrorum, vide Molinam lib. 1. de primogen. cap. 24. per plures numeros. Et P. Molinam lib. 1. de iust. tract. 2. disput. 188. sine.

DUBIUM LXXVI.

An requiratur licentia Episcopi, vt ius patronatus iam legitimè creatum transferatur de vna persona in aliam ex titulis iure permisis.

1 S upponendum est, quòd dupliciter transferitur ius patronatus, scilicet aut accessorie, nempe cum vniuersitate, aut per se, & principaliter. Sit

2 Prima conclusio. Quando ius patronatus trans-

fertur in alium accessorie, vt cum vniuersitate vendita, vel donata, vel locata, &c. non requiritur consensus Episcopi, sic colligitur ex cap. ex literis, & e. cum saculum, de iurepatr. Et ratio est, quia tunc ius patronatus transfertur accessorie: nec videtur aliquis contractus iniustus super ipso iure patronatus, sed super vniuersitate temporalis: vnde sicut ad transferendum principale non requiritur licentia, ita nec ad accessorium. Sic Lambert. dicens esse omnium, de iurepatr. lib. 1. part. 2. quest. 1. art. 2. Panor. dicto cap. ex literis.

Secunda conclusio. Quando transfertur ius patronatus per se, & principaliter, siue transferatur contractu inter viuos, vt donatione, siue ex vltima voluntate, vt legato, si transferatur in laicum, requiritur licentia Episcopi, aliàs translatio non valet. Si verò in Ecclesiam, vel locum Religiosum, non requiritur licentia Episcopi. Hæc est contra Panor. in quadam disput. Augerio, dicentem etiam cum consensu Episcopi non valere talem translationem in laicum, & contra Innoc. cap. nullus, cap. preterea, el. 2. cap. illud, de iurepatr. ubi tenet posse donari, vel largiri laico sine consensu Episcopi. Sed probatur conclusio ex cap. illud, de iurepatr. & cap. unico, eodem titul. in 6. Et ratio est, quia laicus non potest habere ius patronatus, vt potest quòd participat aliquid spiritualitatis, nisi ex gratia, & ideo requiritur consensus Episcopi, vt acquiratur quando transfertur in Ecclesiam, vel locum Religiosum, re-dit res in suam naturam; & ideo non requiritur talis licentia. Hanc tenet Molina lib. 1. de primogen. cap. 24. n. 13. Sylvest. verbo, ius patronatus, q. 4. dist. 6. & quest. 5. dicto 3. Angel. ibi n. 10. Tabien. quest. 8. Armil. num. 6. Gregor. Lopez. l. 8. tit. 15. part. 1. vers. otorgamiento. Panor. & Cardin. dicens esse communem cap. illud, de iurepatr. Host. summa tit. de iurepatr. §. qualiter transferatur. Lambertin. de iurepatr. lib. 1. part. 2. quest. 1. art. 2. & 10. & quest. 6. artic. 1. & 2. & quest. 4. art. 2. Rochus eodem tract. verbo, ipse, vel si, quest. 18. Panor. Calder. Ioan. Andr. cap. cum saculum, de iurepatr. & multi alij. Quos refert Lambert.

Nota primò, quòd si donetur, vel legetur ius patronatus Clerico iure proprio, id est, vt priuatae personae, requiritur etiam consensus Episcopi, quia tunc non donatur vt Clerico, & debet transire ad hæredes: si vero Ecclesiasticae personae, vt Ecclesiasticae, aut collegio Ecclesiastico, non requiritur consensus Episcopi. Sic Tabien. supra quest. 8. Sylvest. quest. 5. dicto 3. Angel. num. 10. Host. Ioan. Andr. Cardin. Butrio, Panor. Immo cap. illud, de iurepatr. & omnes ibi, teste Lambertino, Rochus de iurepatr. verbo, pro eo quod, quest. 2. Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 2. q. 1. art. 10. num. 4. 8. & art. 2. num. 6. & artic. 13. num. 2. & art. 10. & subdit eo art. 13. num. 3. & 4. quòd quando cognosceret, si donatur intuitu personae, vel intuitu clericatus, seu dignitatis clericalis, dicendum est, quòd dicunt Doctores cap. quoniam Abbas, de off. deleg. & quando facta dignitas: at in dubio dicit num. 4. censeri factam contumplatione Ecclesiae; & num. 6. dicit quòd ipse absque dubio teneret, quòd vbi reperitur donatio, vel translationem factam absque consensu Episcopi, potius facta est intuitu Ecclesiae, vt actus valeat.

Ad 1. Secundò

- 5. Secundò nota, quòd si donatio iurispatronatus fieret ab vna Ecclesia alteri Ecclesie, requiritur consensus Episcopi, non ratione Ecclesie donatarie, sed ratione alienationis facte per Ecclesiam donantem. Sic Lambert. *ea quæst. 1. art. 10. num. 9.*
- 6. Tertiò nota, quòd conclusio etiam procedit in patronatu creando, vt enim donetur laico, est necessaria licentia Episcopi. Sic cum Cardin. & Rocho, tenet Gregor. Lopez *diñ. l. 8. vers. otorgamiento.*

- 7. Quartò nota, quòd non tantum quando donatur laico iurispatronatus, requiritur Episcopi licentia, sed etiam quando donatur ipsi ius presentandi, reuocato in alijs iurispatronatus. Sic Lambert. *ibi lib. 1. part. 2. quæst. 6. art. 4. & dixi supra dub. 69. fine.*
- 8. An verò in donatione iurispatronatus communis aliquibus patronis facta laico compatrono, requiritur consensus Episcopi, non constat inter Doctores. Quidam enim dicunt requiri, quia ea remissio est donatio quædam. Sic Ioan. And. Host. Panor. *cap. ex insinuatione de iurisp. verbo, pro eo quod. q. 2. & videtur tenere. Gregor. Lopez l. 8. tit. 15. part. 1. vers. otorgamiento, quia relata vtraque sententia hanc ponit in vltimo loco.*

- 9. At verius est, non requiri, quia cum iurispatronatus sit insoludum apud quemlibet patronum, si ex pluribus patronis aliquis nollit esse, nullo modo maneret Ecclesia libera, sed portio eius confunditur, & accrescit alijs, ergo vt iurispatronatus remittatur ab vno patrono alijs, & sic illis compatronis accrescat, non requiritur licentia Episcopi. Sic tenet glossa *cap. ex insinuatione, de iurisp. vers. consulisset. Cardin. & Anton. ibi. Iason l. voluntas. C. de fideicom. Stephanus Caiet. cap. fin. de elect. in 6. Lambert. post longam disputationem lib. 1. de iurispatron. part. 2. quæst. 1. artic. 12. à num. 11.*
- 10. Tertia conclusio. Consensus iste, vt transferatur iurispatronatus in laicum, debet esse Episcopi loci, in quo est Ecclesia, cuius patronatus transferretur, licet transferens, & is ad quem transferens transferret, sint ex alia diecesi. Sic cum Rocho per eum relato probat Lambert. *de iurispatron. lib. 1. p. 2. quæst. 1. art. 14.*
- 11. Quarta conclusio. Sat est, si præter licentiam ipse Episcopus, vel habens iura Episcopalia, nec requiritur consensus Capituli. Sic Lambert. *ea quæst. 1. art. 5. & 6.*

- 12. An verò sit consensus tacitus, quando scilicet nouit Episcopus translationem factam, & taceret: aliqui affirmant. Sic Rochus *de iurispatron. verbo, pro eo quod. quæst. 8. Cardin. cap. cura, de iurispatron. At contrarium probat Lambert. ea quæst. 1. art. 7. addit tamen sat esse, si Episcopus admittat illum, vt præteret, quia est talis consensus expressus.*
- 13. Quinta conclusio. Quando est dubium, an Episcopus præstiterit consentum translationi iurispatronatus, si aliter sit in possessione patronatus sic translatis, præsumitur interuenisse. Sic Lambert. *ea quæst. 1. art. 8.*
- 14. Sexta conclusio. Si Episcopus nolit absque causa iusta consentire translationi iurispatronatus, potest adiri superior, scilicet Archiepiscopus, vt eum cogat. Sic Greg. Lopez *l. 8. tit. 15. p. 1. vers. otorgamiento. Lambert. de iurispatron. lib. 1. part. 2. q. 1.*

art. 20. An verò superior tantum possit cogere, vel possit ipse consentire, consulit Lambert. *ibi.*
 Ex dictis inferitur, quòd cum donatio sine consensu Episcopi non teneat, quando sit laico, donator potest donare alteri cum consensu Episcopi, & tenebit secunda donatio. Sic Lambert. *ea quæst. 1. artic. 19. & talis donator vacante Ecclesia poterit presentare; ac si ea facta non fuisset, vt docet Lambert. de iurispatron. lib. 3. quæst. 9. art. 3. num. 7.*

D V B I V M LXXVII.

An consensus Episcopi requisitus ad translationem iurispatronatus sufficiat, si præstetur post dictam translationem factam.

PANORMIT. in quadam disput. Agerio, tenet non lat esse per plura, que adducit Lambert. *de iurispatron. lib. 1. part. 2. quæst. 1. art. 16. Lambert. ibi à num. 16. tenet valere; & dicit esse communem, & latè id probat: idem Rochus de iurispatron. vers. pro eo quod. quæst. 4. & l. 8. tit. 15. part. 1. & ibi Gregor. Lopez vers. de finis.*

Maior autem difficultas est, an si talis consensus Episcopi præteret post mortem donantis, vel testantis, valeat in præiudicium hæredis, ita vt non hæredi, sed donatorio, vel legatario acquiratur illud iurispatronatus.

Rota, quam refert Lambert. *d. q. 1. art. 17. tenuit in donatione posse præstari consentum Episcopi post mortem donantis, & dicit aliquos dominos de Rota tenuisse contrarium; at maiorem partem in hanc sententiam venisse. Et Stephanus Caiet. cap. finali. de elect. in 6. tenet idem de donatione, & legato. Fundamenta afferit Lambert. *ibi.**

At contrarium in donatione est verius, & tenet PANORMIT. *diñ. disput. Agerio, & Lambert. d. artic. 17. à num. 13. & probatur, quia si post primam donationem sine consensu Episcopi factam, cum illa nulla sit, donator donare alteri cum consensu Episcopi, hæc secunda donatio tenebit, sed tam habilis titulus est ad transferendum iurispatronatus, & titulus successionsis hereditarie, ad quam translationem non requiritur consensus Episcopi, vt diximus *dub. præcedenti*. quàm est titulus donationis; ergo si post primam donationem transferat titulo successionsis in heredem, valebit omnino hæc secunda; at eo ipso, quòd obiit relicto hærede, omnia iura, quæ habebat, est visus transferre in eum: ergo in præiudicium iuris acquisiti hæredi, non valet consensus Episcopi postea præstitus.*

Sed quid dicendum in legato iurispatronatus, IOAN. ANDR. *cap. cum faculum de iurispatron. tenet posse præstari consentum post mortem testatoris, & hoc fauore vltimæ voluntatis. Idem Syluest. verb. iurispatronatus. quæst. 4. d. l. 6. Stephanus Caiet. cap. finali. de elect. in 6. Rochus de iurispatron. verbo, pro eo quod. quæst. 4. & verb. ipse, vel is, quæst. 7. & addit non esse heredem admittendum ad presentandum, donec Episcopus declaret se nolle consentire. Et videtur tenere Calderin. *consil. 6. de iurispatronatus. & Cardinal. cap. cum faculum. de iurispatronatus. & Lambert. eo art. 17. num. 28.* multo magis inclinatur in hoc, licet *num. 23.* tenuerit contrarium; quia est diuersa ratio in donatione, & in legato, quia donatio illa inualidatur reuocatur*

reuocatur per validam translationem; moriendo enim tacite transfertur iurispatronatus, cum generali successione: at in legato non est alia contraria voluntas, testator enim tantum consuevit heredem in residuo, deducit legatis. Nec obstat esse legatum inualidum, quia factus est consensus post superueniens: & nisi hoc dicamus, raro obtinerent legata iurispatronatus, siquidem raro esset copia petendi consentum Episcopi ante mortem testatoris. Et hoc videtur mihi satis probabile; licet contrarium teneat PANORMITAN. *diñ. disput. Agerio, & dicto cap. cum faculum, & Rochus sibi contrarius, verbo, pro eo quod. quæst. 2. Lambert. d. art. 17. num. 23. & dicit pro ea bis esse iudicatum.*

Dicit tamen Lambert. *eo art. 17. n. 28.* quòd si hæres presentaret vacante Ecclesia, autemquam consentiat Episcopus legato facto iurispatronatus, presentatio hæredis valebit; quia consensus Episcopi tantum realitatem ab illo momento.

Hinc fit, quòd si mortuo donatore hæres donat illud iurispatronatus loco ipso, etiam sine consensu Episcopi, vel laico cum tali consensu, tenebit donatio hæredi, quia prior non valuit. At si mortuo testatore antequam consentiat Episcopus legato iurispatronatus facto laico, hæres donec viui, & legatarius alteri, tenendo sententiam, quòd idem est in legato, & donatione, dicendum est tenere donationem hæredis; at tenendo oppositam, valet donatio legatario, quando superuenit consensus Episcopi, quia per illum conualidatur. Sic Lambert. *ea quæst. 1. art. 18. & vide etiam dicenda *dub. sequenti.**

D V B I V M LXXVIII.

Quando incipiat competere iurispatronatus illi, in quem translatus est.

PRIMò dico. Si transferatur ex successione hereditaria, incipit competere à die aditæ hereditatis, vel in hæredibus suis à die, qua in hereditatem est immiscuerunt; quia si hereditatem repudiant, non acquirunt iurispatronatus, vt dicimus *infra*. Sic Lambert. *de iurispatron. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 22. & q. 2. art. 34.* vbi dicit non requiri, vt missus sit in possessionem hereditatis, dummodo hereditatem adierit, exprimendo se velle esse heredem, vel faciendū actum hereditarium; quia alias non possent presentare, & heredem multos. Et quòd non sit necessaria possessio hereditatis, tenet Gregor. Lopez *l. 8. tit. 15. part. 1. glossa 4.*

Secundò dico. In omnibus alijs contractibus, in quibus transit iurispatronatus cum viuente, incipit competere à die, quo est perfectus contractus; quia in hac translatione non requiritur consensus ordinarij. Sic Lambert. *eo art. 22.*

Tertiò dico. Si loquamur de illo, in quem iurispatronatus transferretur titulo particulari, vt donationis, vel legati, in quo requiritur consensus Episcopi, non competit, donec superueniat consensus ordinarij. Sic Lambert. *eo art. 22.*

Hinc fit, minus bene Cardin. *cap. cum faculum, de iurispatron. quæst. 6. & Stephanus Caiet. cap. finali. de elect. in 6. dicere, quòd si antequam Episcopus approbat legatum iurispatronatus factum laico, Ecclesia vacet, presentatio spectabit*

ad legatarium, non verò ad heredem, & legatarius presentabit sub spe ratihabitionis Episcopi; quòd reprobatur Rochus *de iurispatron. verbo, pro eo quod. q. 2. & Lambert. d. art. 22.* addens posse saluari, quando ex necessitate, & periculo imminente facta est donatio, vel legatum iurispatronatus, & non potuit haberi consensus ordinarij; quia fauore necessitatis, & periculi tenet actus sub spe consensus adhibendi; vel quando consensus fuit petitus ab Episcopo, & per eum denegatus, & compulsus Episcopus à superiori non obediuit.

D V B I V M LXXIX.

Quomodo transferatur iurispatronatus titulo venditionis.

PRIMA conclusio. Iurispatronatus per se vendi non potest absque simonia; quia est quid annexum spiritali, & in venditione talium annexorum committitur simonia, vt patet ex eius definitione, & *cap. quæstum, de verum permis.* & hoc docent omnes Doctores citandi, & omnes; & quòd iurispatronatus non possit vendi, habetur expressè *cap. de iure, de iurispatron.*

Nota primò idem esse, quando iurispatronatus non venderetur per se, sed cum viuente, at constitueretur maius pretium, eo quòd illa viuenteitas habet annexum iurispatronatus, quia illud maius pretium pro ipso iurispatronatus censetur constitutum. Sic Soto *lib. 9. de iust. quæst. 7. artic. 1. ad 3. Arnil. verbo iurispatronatus. num. 6. Nauarr. in omnibus summis. cap. 23. num. 111. fine.*

Secundò nota idem esse, quando in donatione, vel permutatione iurispatronatus daretur aliquid temporale. Sic colligitur ex *cap. insinuatione, de iurispatron. ibi, liberaliter consulisset; & tenet ibi PANORMIT. Host. & Cardin. Lambert. de iurispatron. lib. 1. part. 2. quæst. 4. art. 3. & quæst. 3. artic. 3. vbi limitat, nisi res, que datur, esset parui momenti; tunc enim non esset simonia. Sed hoc intelligitur præsumptiue, quia ex paruitate rei donatae præsumitur non dari vt pretium: vnde si reuera sic daretur, esset simonia.*

Tertiò nota intelligi omnia dicta de iurispatronatus habenti aliquid spirituale annexum, vt quando est ad presentandum ad beneficia; alijs enim potest vendi, vt si aliquis relinquat patronus alicuius capelle tantum quoad vñ sepulchri, non obstat vt sicut vs illud sepulchri potest vendi pro se, & pro sua familia, sic etiam & iurispatronatus illud. Sic Ludouic. Lopez *1. part. instrum. noni. cap. 303. fol. 533.*

Secunda conclusio. Si vendatur iurispatronatus per se, non tenet venditio. Patet ex *cap. de iure, de iurispatron.* Sic tenet glossa *ibi vers. rituum, & cap. quia clerici, eodem tit. vers. sperando. Spino. speculo testament. glossa 4. num. 109. Anton. Ancharan. Cardin. PANORMIT. diñ. cap. de iure. Lambert. dicens esse omnium, de iurispatron. lib. 1. part. 2. quæst. 5. art. 1. num. 4. & 5. 6. summa directorij iuris. tit. de iurispatron. §. 19. Syluest. verbo iurispatronatus. q. 5. dicto 4. Tablen. *ibi. q. 10. Arnil. num. 6. Angel. num. 12. lex 8. tit. 15. part. 1. Guttier. de iuram. confirmat. 1. p. cap. 42. num. 4. Firmianus tract. de Episcopo 4. p. quæst. 30. Decius *conf. 124. Paulus de Citadinis de iurispatron. 6. part. quæst. 17. & 9. part. 3. quæst. 1.* Beronius *cap. ex litteris, de iurispatron. num. 3. & addit hoc esse***

verum, etiam quando venderetur cum vniuersitate, constitutendo pro eo pretium.
 6 Quid autem fiet de iurepatronatus sic vendito, & de pretio, infra dub. 82. 83.

DVBIVM LXXX.

An vendita, vel alio modo alienata vniuersitas, transeat cum illa iurepatronatus.

S Prima conclusio. Si vendantur aliqua, quæ non sapiunt veteri vniuersitatem, etiam interueniente consensu Episcopi, non transit iurepatronatus; quia videretur per se vendi, ex quo non est vera vniuersitas vendita, & consensus Episcopi non potest validare actum nullum. Sic Lambert. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quest. 5. art. 1. n. 6. Stephanus Caiet. cap. finali. de elect. in 6. Cardin. cap. preserea. quest. 5. de iurepatronat.

S Secunda conclusio. Licet iurepatronatus per se vendi non possit, vendita vniuersitate, vt villa, vel castrum, in quo est aliqua Ecclesia, cuius venditor est patronus, vel hereditas, in qua est iurepatronatus, vel alio modo distracta in aliquem, transit accessorie iurepatronatus in eum, nisi expressè excipiat, dicendo, Vendo, vel do tibi villam hereditatem, &c. cum omnibus iuribus, quæ in ea habeo, præter iurepatronatus: vt expressè habetur cap. ex litteris, de iurepatronat. Quod tamen non contingit, quando transfertur, vel venditur res aliqua particularis, sed necesse est, quòd sit vniuersitas aliqua. Sic Panormit. dict. cap. ex litteris, Glossa cap. cum saculum, de iurepatronat. Innoc. Butrio, Archidia. Cardin. Goffred. Ioan. Andr. Anan. quos refert, & sequitur Lambert. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quest. 5. art. 1. Gregor. Lopez l. 1. tit. 5. p. 5. vers. Aldeu.

S Immo non tantum transit cum venditur tota vniuersitas, sed etiam transit in venditione partem; vt si plures habebant castrum, in quo erat iurepatronatus, si vnus vendit portionem castrum, transit cum illa portione portio iurepatronatus, quam ipse habebat: similiter sicut transit iurepatronatus cum tota hereditate vendita, sic cum certa eiusdem portione vendita transit portio iurepatronatus pro rata portione hereditariae vendite. Sic Lambert. d. quest. 5. art. 1. 6. Couar. 2. var. cap. 18. n. 8. Molina lib. 1. de primog. cap. 2. n. 23.

S Sed quæres quid sit vniuersitas. Doctores communiter dicunt cum Innoc. cap. ex litteris, de iurepatronat. quòd vniuersitas dicitur illa, quæ ab aliqua expressione iura vniuersitatis in se continet, vt villa, castrum, &c. Idem Greg. Lopez d. l. 1. vers. Elaldea. Rochus de iurepatronat. verb. ipse, vel is, quest. 23.

S Hinc fit, quòd si quis vendat omnia iura, quæ habet in villa, quæ non est sua, sed tantum habet in ea certos fundos, & certa iura, & iurepatronatus, non transit iurepatronatus; quia res vendita non continet in se quandam vniuersitatem, sed vniuersitas illa est querenda in has singulares, Vendo tibi hoc ius, & illud: unde cum iurepatronatus non possit fieri vendi, non transit in hac venditione. Sic Innoc. Panorm. Cardin. cap. ex litteris, de iurepatronat. & alij, quos refert, & sequuntur Rochus dicta quest. 23. num. 41. Lambert. d. quest. 5. art. 1. Angel. verb. iurepatronatus, num. 15. Armil. num. 7. Tabien. quest. 11.

S Sed an veniat iurepatronatus in venditione omnium bonorum? Quidam affirmant, per l. bonorum la. 2. ff. de verb. significat. vbi dicitur bonorum appellationem continere vniuersitatem, sicut & hereditatem. Sic Panorm. cap. ex litteris, de iurepatronat. num. 12. Bald. l. 1. C. de bonis liberorum. Rochus de iurepatronat. verbo, ipse, vel is, quest. 23. & limitat Rochus cum Baldo l. finali, C. de edito D. Adrian. nisi diceret, bona mea, vt Baldus dicit, vel bona, quæ habeo; quia non habet dominium iurepatronatus, cum sit quid spirituale. At Panormitan. eo cap. ex litteris, num. 12. dicit transire, licet dicat, omnia bona mea; quia ly mea, non apponitur ad denotandum dominium iurepatronatus, sed ad demonstrandum, quæ bona vendantur; aliis quomodo possit constare venditio.

At contrarium est commune, scilicet non transire venditis omnibus bonis. Et ad bonorum, responderi Couar. vbi infra, intelligi in successione omnium bonorum; quia tunc capitur pro hereditate. Sic tenet multos referens Couarr. 1. var. cap. 13. num. 4. Cardin. cap. ex litteris, de iurepatronat. & videtur ibi tenere Innoc. & Ioan. Andreas, idè Paninus, Paulus de Eleazar, Stephanus Caiet. quos refert Lambert. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quest. 5. art. 1. 4. num. 2. & eos sequitur num. 12. 13. & art. 1. 5. num. 11. dicit communem; & eo art. 1. 4. n. 8. dicit saltem esse certum non transire iurepatronatus, si sic diceretur, Vendo omnia bona, quæ habeo in tali villa, licet in illa esset iurepatronatus, quia hic non venditur vniuersitas, sicut non venduntur omnia iura, quæ habeo in tali villa, sed est particularis venditio: & aliam limitationem certam habes paulo infra.

An verò vendita hereditate transeat iurepatronatus, quod est in illa? Quidam negant, propter doctrinam Pauli de Eleazar Clement. 2. de iurepatronat. & Barbatij cap. quanto, de iudic. qui dicunt non transire iurepatronatus cum vniuersitate vendita, in qua rerum singularum est facienda traditio. Sic tenet Lambert. eo art. 1. 4. num. 12. 1. & latius art. 1. 5. num. 9. Paulus de Eleazar, & Barbatius ibi. Acosta super cap. si pater, de test. in 6. 2. part. verb. Trebellanica, num. 7.

S Sed communis, & verior opinio tenet transire, quia hereditas est quedam vniuersitas, l. bonorum la. 2. ff. de verb. significat. Sic tenet multos referens, & respondens ad contraria, Couarr. 2. var. cap. 18. num. 8. Molina lib. 1. de primog. cap. 24. num. 17. 18. 25. Berouus cap. ex litteris, de iurepatronat. num. 59. & ibi Cardin. Panormit. Hostiens. Innoc. Butrio, Calder. Ioan. Andr. Et hæc est communis sententia, vt fatetur ipse Lambert. eo articulo. 15. num. 3. idem tenet Spino speculo testam. glossa 4. num. 11. 1. Stephanus Caietan. cap. finali. de elect. in 6. Felin. cap. cum Bertholdus, de sentent. & re iudic. sine. Paulus de Citadinis de iurepatronat. 9. part. quest. 3. & Rochus eodem tract. verbo ipse, vel is, quest. 22. num. 40. Angel. verbo iurepatronatus num. 13. Tabiena ibi quest. 11.

Duo tamen sunt certa. Alterum est quòd si in illis bonis venditis, vel hereditate, esset villa, vel castrum, in quo esset iurepatronatus, transiret cum hereditate, vel illis bonis venditis; quia iam verificaretur vendi vniuersitatem. Sic Lambertin. eo articulo. 15. numer. 10. Alterum est, quòd dato quòd transfret iurepatronatus venditis bonis, vel hereditate, intelligitur, nisi

in

in illis bonis, vel hereditate tantum esset iurepatronatus. Addit Lambert. vel aliquid parum plus, ad eò, verb. pretium potius videatur datum pro iurepatronatus, eum transcenderet pretium illius pluris. Sic Lambert. eo art. 15. num. 12. Rochus d. quest. 23.

11 An verò vendito fundo, in quo est Ecclesia iurepatronatus, vel vendito palatio, in quo est capella iurepatronatus, transeat iurepatronatus, vide Lambert. d. quest. 5. art. 17. & 18. Couar. 1. variar. cap. 13. num. 3. & summis verbis, iurepatronatus. Item si filius hæres vendat legitimam, non transit iurepatronatus, quia non est vniuersitas. Couarr. cum alij 2. variar. cap. 18. num. 9.

12 Non transit autem iurepatronatus venditis honoratiis. Lambert. ea quest. 5. art. 19. Rochus verbo, ipse, vel is, quest. 24.

13 Ex omnibus dictis infertur, quòd debitores nil habentes in bonis non possunt cedere iurepatronatus creditoribus, nec illis in solum dare, nec potest per iudicem illis applicari; quia quodammodo commutaretur cum re temporalis, & reciperet estimacionem, & esset quoddam genus venditionis. Sic Panorm. cap. querimoniam, de iurepatronat. Felin. cap. cum Bertholdus, de sentent. & re iudic. Lambert. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quest. 5. art. 7. addens etiam de licentia Episcopi, Paulus de Citadinis de iurepatronat. part. 9. quest. 15. Rochus eodem tract. verbo, ipse, vel is, quest. 31. Bald. consil. 32. Secus dicunt Baldus, Rochus, Lambert. si cum vniuersitate bonorum in solum daretur, id est, si vniuersitas, cui est annexum iurepatronatus, in solum daretur, transiret enim cum illa iurepatronatus; non tamen quando res particularis, seu non sapiens vniuersitatem daretur in solum.

14 Secundò infertur iurepatronatus non recipere estimacionem, Lambert. ea quest. 5. art. 8. & art. 9. infert habentem iurepatronatus non dici ex hoc locupletiorum.

DVBIVM LXXXI.

An si in venditione vniuersitatis, in qua est iurepatronatus, exprimat iurepatronatus, valeat venditio.

Exempli gratia, si aliquis dicat, Vendo villam, vel castrum cum omni iurisdictione, honore, iurepatronatus, &c. Varie sunt sententiae.

1 Prima dicit valere venditionem, & transire iurepatronatus cum ea vniuersitate vendita. Ratio, quia quæ tacite influnt, sine vitio exprimuntur, etiam in spiritualibus, eorum enim expressio nil proflus operatur, vt dixi supra dub. 24. At licet iurepatronatus non explicetur in illa venditione vniuersitatis, transit cum illa: ergo eius expressio nil proflus operatur, & sic etiam eo expressio transit. Sic Bald. l. fin. C. de edito D. Adrian. tollen. Cardin. cap. ex litteris quest. 11. de iurepatronat. Anan. cap. querelam. sine. de simon. Oldradus consil. 5. 12.

2 Secunda sententia dicit, quòd aut expressio facta est declaratiue, vt vendit villam cum omnibus iuribus suis, scilicet honore, iurisdictione, iurepatronatus, & tunc transit iurepatronatus; quia talis declaratio non facit nouam, & singularem venditionem; aut fuit facta non declaratiue, sed coniuunctiue; & tunc non transit; quia est singularis venditio iurepatronatus. Sic Calder. cap. unico,

de iurepatronat. in 6. & videtur ibi tenere Dominicanus.

3 Tertia sententia dicit, quòd aut iurepatronatus exprimitur per dictionem & vt dicendo, Vendo villam, & iurepatronatus, & tunc non transit iurepatronatus, quia copulatiua facit copulatum venire principaliter, vt docet Glossa cap. querelam, de simon. Aut per dictionem cum, vt, Vendo tibi villam cum iurepatronatus, & tunc transit, quia particulatum, denotat accessionem quandam; & sic in hoc casu exprimitur eo modo, quòd inest, non autem in priori casu. Probat etiam ex doctrina Bart. Auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. n. 14. 15. vbi dicit, quòd quando quis dedicat se cum bonis suis monasterio, talis expressio nil operatur, quia exprimitur per cum modum, per quem tacite inest, quia bona tacite veniebant accessoriè. Si verò dedicat se, & sua, tunc aliquid operatur, quia exprimitur alio modo, quòd tacite inerat: natura enim copulatiue est copulare per se, & principalius. Hæc Bart. ibi. Hanc tenent Panorm. cap. querelam, de simon. & ibi Socinus, Rochus de iurepatronat. verb. ipse, vel is, quest. 25. num. 49. 50. & dicit quòd illam videtur tenere Ioan. Andr. cap. unico, de iurepatronat. in 6. & quòd non valeat transire iurepatronatus, quando dicitur, Vendo villam, & iurepatronatus, tenent etiam Aragon 2. 2. quest. 100. art. 4. sine. Manuel 2. tomo summa, cap. 63. sine. Gregor. Lopez l. 8. vers. debuelas. tit. 15. part. 1. Syluest. verbo iurepatronatus, quest. 5. dicto 4. Armil. num. 6. Angel. num. 12. Tabien. quest. 10. Nauar. lib. 3. consil. 19. de verborum permut. consil. unico. in noua editione tit. de iurepatronat. consil. 3. dicit quòd si exprimat cum dictione cum, transit ibi verò cum dictione & est dubium, & Syluest. verbo, simonia, quest. 12. dictio 5. ponit dictam distinctionem, si fiat cum dictione &, vel cum dictione cum; & subdit in conscientia attendendam esse ad intentionem, & quomodo cumque exprimat iurepatronatus in venditione vniuersitatis, si intendat illud vendere, est simonia; si verò non intendat, non est simonia.

4 Quarta sententia dicit, Quomodocumque exprimat, siue per dictionem &, siue per cum, esse simoniam, & non transire iurepatronatus; quia respectu illius venditio non valet. Probat, quia prohibitum omnino est iurepatronatus vendi. cap. de iure, de iurepatronat. & ideo transit cum vniuersitate, quia in consequentiam transit: at etiam cum dicitur, Vendo villam cum iurepatronatus, venditur iurepatronatus, quia subintelligitur illud verbum, quòd præcedit, scilicet, vendendo; quia licet, dictio cum, denotet accessoriu, tamen quantum ad prohibitionem ne vendatur, transit ad principale dispositum. Sic Felin. cap. querelam, de simon. Panorm. cap. illud, de iurepatronat. num. 4. Lambert. de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quest. 5. art. 20. a num. 19. per plures, & num. 27. & videtur tenere Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 42. num. 4. & tenet Spina speculo testam. glossa 4. num. 16.

Sic tamen conclusio. Tertia opinio, vt modificatur à Syluest. verbo simonia, loco citato, videtur mihi cæteris probabilius.

Vt tamen varietas opinionum vitetur, optima cautela erit, vt venditor vniuersitatis non faciat mentionem in venditione de iurepatronatus, sed in fine instrumenti cognoscet venditor iurepatronatus transiisse cum vniuersitate in emptorem, & fateatur se deesse esse patronum, vel declarat

Dd 4 velle,

velle, vt omnia iura, qua habet in ipsa villa, transeat cum ea, nec sibi referat iuspatronatus; quia hinc verba nullam venditionem, iuspatronatus imponant, sed tantum declarant nolle venditorem sibi referere iuspatronatus, vt posset referat, iuxta cap. ex literis, de iurepatron. Sic eam Ioanne Andree docet Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quast. 5. art. 20. num. 8. & 13.

Nota primo, quod casu, quo in venditione vniuersitatis exprimitur iuspatronatus, venditio esset simoniaca respectu iuspatronatus, & sic non teneret respectu illius, ac teneret respectu vniuersitatis venditae, etiam si fieret vnico pretio: licet minus bene Marianus cap. querelam, de simon. limitet hoc, nisi venditio fiat vnico pretio. Ratio, quia venditio vniuersitatis est perfecta, cum nullo iure prohibeatur; ac venditio iuspatronatus adiuncta habetur, ac si non esset apposita, tanquam inhonesta: sicut dicitur de conditione apposta in creatione beneficij contra ius commune absque Episcopi licentia, quia scilicet illa reicitur, ac valet creatio beneficij. Sic Lambert. alios referens d. quast. 5. art. 21.

Tandem nota, quod aliqui dicant, quod si quis emat vniuersitatem principaliter propter iuspatronatus acquirendum, non tenet venditio; quia committit simoniam, quando scilicet ex aliquibus indicij, vel coniecturis talis intentio posset deprehendi, quia aliter esset simonia mentalis. Sic Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quast. 5. art. 20. num. 25. 26. Spino speculo restam. glossa 4. num. 116. Et quod sit simonia mentalis, docent Panorm. cap. quia clerici, de iurepatron. Angel. verbo, iuspatronatus num. 12. & ibi Syluest. quast. 5. dicto 4. Armil. num. 6. Tabien. quast. 10. Manucl. 2. summa, c. 63. Aragon 2.2. quast. 100. art. 4. fine.

Ad dicendum est intentionem principalem habendi iuspatronatus non consistere venditorem, nec emptorem simoniacum, nisi habeant animum illud emendi, vel vendendi; quare si tantum emptor habeat animum, vt iuspatronatus transeat cum vniuersitate, nec pro illo constituit maius pretium, nec illud velit emere, licet principaliter emat vniuersitatem, vt habeat iuspatronatus, non est simonia, nec peccatum, vt in alio simili probauit supra dub. 12.

DVBIVM LXXXII

An si vendatur iuspatronatus, cum illa venditio non valeat, quid fiet de illo iurepatronatus, scilicet cui sit restituendum.

DE emptore, quod illud non possit retinere, constat, quia venditio est ipso iure nulla, vt dixi supra dub. 79. & sic cap. quia clerici, de iurepatron. dicitur, quod emptor illo spoliatur. Vbi Panorm. & Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quast. 5. art. 2. dicit, quod si est notorium quod emit, debet spoliari absque ordine iudiciali, cum notorium sit nullum titulum habere.

Maius autem dubium est, an venditor illud amittat, & hoc ante omnem iudicis sententiam. Quidam enim dicunt nec venditorem esse priuatum eo, nec priuatum per sententiam, quia dicitur cap. quia clerici, nil dicit de venditore. Sic Archid. cap. qui studet 2. quast. 1. idem Bellencinus citatus per Rochum ubi infra, & non abhorret

hoc Glossa d. cap. quia clerici, vers. spoliando, quia sub distinctione ponit hanc, & modum sequentem, ac magis inclinat in sequentem.

Alij vero dicunt venditorem illud amittere, & clarè significant non equiti iudicis sententiam. Et sic dicunt manere Ecclesiam liberam, id est, sub nullius patronatu. Nec obstat, quod dicto cap. quia clerici, nulla sit mentio de venditore, sed tantum de emptore, quia satis dicitur pena expressa, cum exprimat in vno ex correlatiuis; & in altero militet eadem ratio. nam tam emens, quam vendens committit simoniam, & pena apposta in vno ex correlatiuis, videtur apposta in altero, ubi militat eadem ratio; vt est communis theoricæ legistarum. I. sup. ff. de acceptil. & lenica, C. de edito D. Adrian. solenn. Estque Glossa aurea Clem. 1. vers. eligatur, de elect.

Secundo probatur modò ex Trid. sess. 25. cap. 9. de reformat. ibi, vers. nec dicitur, ubi sic dicitur: Nec patroni præsumant iuspatronatus venditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra canonicas sanctiones transferre: si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti penis subiciantur, & dicto iurepatronatus ipso iure priuati existant. Pro hac sententia est clarè Cardin. cap. de iure, de iurepatron. ubi hæc dicit: Vendens iuspatronatus perdit illud, quia quantum in se est, abdicauit à se dominium, & sic remanet Ecclesiastica libera. Pro eadem est etiam clarè Lambert. lib. 1. de iurepatron. part. 2. quast. 5. art. 22. ubi hæc dicit: si iuspatronatus absolute vendatur, est priuatus ipso iure etiam venditor; si vero iuspatronatus exprimitur in venditione alicuius vniuersitatis modo non permisso, iuxta dicta dub. precedenti, requiritur sententia saltem declaratoria, vt priuetur emptor, & venditor; quia dubium est, an modus expressis sit permissus ob varias opinioniones. Et art. 3. dicit non debere restituere per emptorem vendenti, sed esse iuspatronatus ipsius Ecclesiæ, cui facta est per simoniacam venditionem iniuria: & sic cum proprie idem non possit esse sui ipsius patronus, remanebit libera. Ad idem sunt Stephanus Caiet. cap. finali, de elect. in 6. Glossa cap. quia clerici, de iurepatron. vers. spoliando, & ibi Panorm. Innoc. Cardin. Ioann. Andr. & Paulus de Citadinis de iurepatron. 9. part. ante finem tertia quast. ubi dicunt Ecclesiam manere liberam.

Sed quid dicendum iuxta hanc sententiam, quando Ecclesia ipsa emerit iuspatronatus, quod in ipsam habetur. Glossa d. cap. quia clerici, videtur velle non manere liberam, ne ex suo delicto commodum sentiat. Alij vero sub distinctione respondent. At melius Lambert. d. quast. 5. art. 4. Calder. & Panorm. d. cap. quia clerici, Paulus de Citadinis supra, dicunt remanere liberam, non ex ratione sui contractus, quia scilicet emit, sed quia venditor debet spoliari illo iurepatronatus, & sic non est apud quem maneat.

Nota, quod Lambert. d. lib. 1. p. 2. quast. 4. art. 3. dicit, quod si res profana daretur pro iurepatronatus, non esset proprie venditio, sed commutatio, & non valeret, ac non incurreretur pena, scilicet priuatio iuspatronatus, & rei sic datæ. At vero attento dicto decreto Trid. sess. 25. cap. 9. de reformat. non potest hoc dici, quia Trident. ibi dicit, venditione, aut alio titulo contra canonicas sanctiones, ex innotum numero constat esse hanc permutacionem.

6 At verius est hanc penam non incurri ante sententiam iudicis saltem declaratoriam. Probatur, quia quod venditor priuetur iurepatronatus, quod possidebat, est pena priuans bonis possessis ob delictum venditione illius contractum; at huiusmodi penæ non incuruntur ante iudicis sententiam, quantumuis canon statuat incurri ipso iure, vt dixi lib. 2. summa, cap. 22. num. 10. Vnde restituendum est tale iuspatronatus ante, quam iudex sententiam proferat, ipsi venditori. Nec est eadem ratio de emptore, & venditore, quia ille nullum habebat ius in tale iuspatronatus: nec per venditionem, quæ est omnino nulla, potuit ius acquirere, venditor habebat ius, & possessionem, nec abdicauit à se dominium pro venditionem, quæ fuit nulla: vnde in illo iure ob delictum spoliatur, requiritur sententia. Sic Rochus de iurepatron. verbo ipse, vel is, quast. 25. num. 54. Ioann. Andr. Cardin. Goffredus dicto cap. quia clerici, quos ibi refert.

7 Nota has sententias, in quantum dicunt Ecclesiam, vel ante sententiam, vel post sententiam, manere liberam, & vendentem spoliandum esse iurepatronatus, intelligi, quando illud erat omnino venditoris, secus si non erat suum, quia, vt g. fundator statuerat, quis esset succellurus in illo patronatu post mortem possessoris; tunc enim possessor illo priuabitur, & dum ipse vixerit, erit Ecclesia libera: ac post mortem ipsius succedet vocatus à fundatore; sicut maioratus ob delictum possessoris non confiscatur in præiudicium succellorum, sed tantum fructus, dum possessor vixerit. Sic mihi dixit esse clarum quidam Iurisperitus admodum doctus.

8 An vero vendens iuspatronatus incurrat excommunicationem, & interdictum. Quidam iuniores dicunt incurere, propter decretum citatum Trid. sess. 25. cap. 9. de reformat. illæ enim penæ sunt late. At multo verius est esse ferendas, & sic non esse excommunicatum per ea, quæ dicemus in mat. de excommun. & sic Nauar. summa Lat. cap. 23. num. 111. fine, dicit non esse excommunicatum, & tamen scripsit post Tridentinum.

Tandem, an emptor iuspatronatus possit agere de euictione. Dico quod si vendatur per se, non potest, quia venditio est nulla; sed si transeat cum vniuersitate vendita, potest emptor agere de euictione pro tota vniuersitate: ac in euictione non veniet astimatio iuspatronatus, sed tantum vniuersitatis; si vero non est euicta vniuersitas, sed tantum iuspatronatus, non possit agere de euictione. Sic Lambert. de iurepatronatus lib. 1. part. 2. quast. 5. art. 23.

DVBIVM LXXXIII

Cui restituendum est pretium, quo emptum est iuspatronatus.

1 Res sententias refert Lambert. ubi infra. Prima est, quod debet remanere apud venditorem, ne restituatur malæ fidei possessori, seu emptori, I. si fundam, C. de encl. Hanc refert Lambert. & non refert pro ea auctororem.

2 Secunda est, quod restituatur emptori: hanc etiam refert ibi, nullo relato auctore.

3 Tertia sententia est, quod est restituendum Ecclesiæ, cui per illam simoniam facta est iniuria; quia scilicet circa eius iuspatronatus facta est.

Probatur ex Auth. quomodo oport. Episcop. 8. verum tamen, & 8. si quis autem, & sequenti, ubi habetur, quod si quis est promotus in Ecclesia pretio, dans, & recipiens priuantur illos, & acquiritur Ecclesiæ, & cap. de hoc, in fine, de simonia, ubi iubetur pecuniam simoniace acquisitam restituere Ecclesiæ. Sic Vincentius c. de iure, de iurepatron. & ibi Cardin. sine, Ioan. Andr. & ibi Panorm. sine, & omnes ibi, vt refert, & sequitur Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 2. quast. 5. art. 5. num. 6. Rochus de iurepatron. verbo ipse, vel is, quast. 25. num. 55. ubi pro hac refert Bart. & Ananiam. Et art. 6. dicit Lambert. quod si Ecclesiæ emit iuspatronatus in ipsam habitum, licet sint variae sententia, ac verior est, quod sicut efficitur libera, vt dixi dub. precedenti, ita etiam pretium erit ipsius; & alios refert.

Secunda sententia posita verior est cæteris, scilicet ante iudicis sententiam restituendum esse emptori: vnde textus in contrarium citati intelliguntur, secuta condemnatione; idem enim dicitur in infra, & referemus auctores de omni pretio dato pro beneficiis, eadem enim est ratio, & eadem sententiæ, eiusdemque textibus innuntur, dicentes tale pretium esse restituendum Ecclesiæ.

DVBIVM LXXXIV

An iuspatronatus possit impignorari, vel transeat cum villa, vel alia vniuersitate impignorata.

1 Ex 9. tit. 15. part. 1. dicit transire in pignus vniuersitate impignorata: quam dicit esse mente tenendam, licet sit contra communem, Gregor. Lopez ubi, vers. Empegnado.

Ad dicendum est non posse impignorari, nec transire in pignus vniuersitate impignorata; quia cum recipiens aliquid in pignus non faciat fructus suos, nec possit vti pignore; nec creditor possit presentare, cum non possit vt pignore, nec verus patronus, quia transfuit in creditorem; & sic Ecclesiæ pateretur detrimentum. Sic Armil. verbo, iuspatronatus, num. 7. Syluest. ibi, q. 5. dicto 5. Angel. num. 15. Tabien. quast. 13. Lambert. cum alijs, de iurepatron. lib. 1. part. 1. quast. 9. art. 1. & 2. Spino speculo restam. glossa 4. num. 118.

Limita hoc, nisi recipiens pignus faciat fructus suos, vt vit propter onera matrimonij nisi enim reciperet in pignus dotis vniuersitatem, cui est annexum iuspatronatus, transfert in illum iuspatronatus. Sic Lambert. eo art. 2.

Hinc fit, quod iuspatronatus non transit in depositarium vniuersitatis. Patet eadem ratione, quia non facit fructus suos. Sic Lambert. ibi art. 4.

Item non potest iuspatronatus per se dari in feudam; ac data vniuersitate in feudum, transit cum illo iuspatronatus. Syluest. supra q. 5. dicto 5. Angel. num. 11. Tabien. quast. 9. Armil. n. 6. Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quast. 7. sora, ubi cætera ad hoc spectantia videnda sunt.

DVBIVM LXXXV

An possit locari iuspatronatus, vel transeat cum vniuersitate locata.

1 It prima conclusio. Per se non potest locari, sed esset simoniaca quia ibi interuenit pretium. Sic